



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi  
Thomæ**

**Suárez, Francisco**

**Moguntiaë, 1620 [erschienen] 1621**

Cap. VIII. De bonitate diuini esse.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84432)

5. De varietate igitur rei, quæ transcendentalis dici solet, hic agimus. Et quod ad fidei doctrinam pertinet, certum est, esse Deum verum Deum, ac proinde habere veritatem essentiali in essendo, quidquid tandem illa veritas sit. Hoc patet, quia sæpe in scriptura appellatur Deus verus, vt distinguatur à falsis Dijs, sic dixit Christus Ioannis. 17. *Hec est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum.* Et Paulus primo ad Thestal. 1. *Conuersi estis à simulacris seruire Deo vivo, & vero.* Et primò Ioan. 5. *Hic est verus Deus.* Ierem. 2. *Opus artificum vniuersa hæc, Dominus autem Deus verus est, ipse Deus viuens, & Rex sempiternus.* Sicut ergo ex fide confitendum est, hunc esse verum Deum verum spiritum, veram substantiam, verum ens, ita confitendum est in illo esse veritatem illam, à qua talis denominatio sumitur.

6. Deinde censeo certum, veritatem hanc ita conuenire Deo in re ipsa, vt non pendeat ex aliquo intellectu creato, neque ex operatione eius. Patet, quia licet nullus esset intellectus creator, Deus esset verus Deus, ergo haberet id, vnde talem denominationem suscipit, ergo haberet veritatem in suo esse, nam ab illa denominatur verus Deus. Primum antecedens videtur per se euidens, quia Deus tam à se necessario, ac essentialiter est verum ens, & Deus verus, quam necessario est ens, & Deus, non habet ergo hanc veritatem dependenter ab intellectu creato, vel operatione eius. Vnde etiam concludo, hanc veritatem non consistere in relatione rationis, nec illam proprie postulare, nec in denominatione extrinseca ab aliquo actu intellectus creati, nam talis relatio, vel denominatio omnino pendet à tali operatione.

7. Vterius verò adiungo veritatem hanc formaliter non consistere in sola denominatione à cognitione vera, quam Deus habet de se, quamuis non sit sine aliqua connotatione illius per modum termini virtualis, vel fundamentalis habitudinis, quam veritas in essendo intelligitur addere supra ens, quam proportionaliter addit veritas essendi Dei ad ipsum esse Dei. Prior pars declaratur, quia licet non possit esse verus Deus, quin se verum Deum esse cognoscat, quia hæc ipsa cognitio pertinet ad essentialitatem, & substantiam veri Dei, vt infra ostendemus, tamen formaliter ac præcise loquendo, non ideo hoc ens est verus Deus, quia videt se esse verum Deum: Sed è conuerso ideo videt se esse verum Deum, quia re ipsa verus Deus est, ergo proprie, & formaliter non denominatur Deus, verus Deus, à veritate cognitionis, quam de se habet, sed potius veritas hæc in essendo secundum rationem supponitur ad cognitionem illam. Rationes perspicuæ sunt: assumptum verò patet, quia illa cognitio est purè specularia, ergo non dat obiecto veritatem suam realem, sed solum intuetur illam, ergo supponit illam, Deus ergo ex se, & ex natura sua habet quod sit verus Deus, non ex eo, quod vt talis cognoscitur, vel cognosci potest à se vel ab alio.

8. Vt autem altera pars intelligatur, oportet ex Metaphysica supponere, quid addat verum transcendens supra ens, quod hac occasione hic solent tractare Theologi. Ego verò id late differui in disputatione Metaphysicæ sect. 7. & ideo hic solum suppono, verum supra ens nihil reale intrinsecum addere, sed solum dicere entitatem rei, cum quodam modo peculiari concipiendi illam, qui potest dici esse cum quadam reflexione supra cognitionem rei, seu cum quadam connotatione cognitionis. Appellatur enim aliquid simpliciter ens, vel tale ens, verbi gratia, aurum ab entitate, seu natura reali auri, quam habet, appellatur autem verum aurum, per quandam reflexionem ad cognitionem, quia nimirum est tale aurum, vt si concipiatur tanquam aurum, cognitio illa sit verà, & conformitatem habens cum obiecto suo. Nec verò propterea putandum est, vocari aures: de Deo trinuno.

rum verum aurum per denominationem extrinsecam à tali cognitione, sed ab entitate auri, quam in se habet, quatenus fundare potest illam cognitionem, & veritatem eius, & quia non possumus illud fundamentum explicare nisi per habitudinem ad veram cognitionem, & iudicium de re, ideo dicimus, veritatem rei connotare aliquo modo illam cognitionem, directe verò, & in se non esse aliquid præter entitatem rei.

Hanc ergo doctrinam, hic vt veram supponimus, neque eam amplius probamus, quia præterquam quod dicto loco probata est, sufficit, quod per se est intelligibilis, & quocumque alio modo vix potest expediri, quid veritas in essendo sit. Hac ergo doctrina supposita, constat, multò magis idem sentiendum esse de Deo, vt est verus Deus, non potest enim veritas hæc addere Deo rationem aliquam entis realem, siue absolutam, siue respectiuam, vt per se notum est, nec debet poni in sola relatione rationis conficta, vel extrinseca denominatione, vt ostensum est, neque est omnino synonymum, dicere Deum, & verum Deum, sed aliquis distinctus conceptus per illas voces explicatur, ergo addit saltem illam connotationem, & quasi reflexionem conformitatis ad conceptum, & iudicium veri Dei. Cumque Deus intra se habeat perfectissimum iudicium de seipso, & omnia alia, extrinseca illi sint, & accidentaliter, seu non necessario sunt, recte per dictam habitudinem ad suam cognitionem, hæc veritas explicatur. Ex qua etiam consequenter habet, vt fundamentum omnis veri conceptus, qui de Deo formari potest.

Atque hinc tandem concludit D. Thomas dicta q. 10. 16. art. 6. Deum non solum habere veritatem in essendo, sed esse ipsamet veritatem summam, & habet Deum maximam, quia & est suum esse, & in illo habet summam necessitatem essendi, & ex hoc capite habet firmum fundamentum illius conformitatis, quam connotat veritas entis, & aliunde est etiam sua cognitio, & sua essentia est suum intelligere. Vnde, dum ipse Deus conformabilis est, vel conformitatem habet per modum obiecti cum supremo iudicio vero de Deo: non alteri, sed sibi ipsi conformatur, estque illa conformitas essentialis ipsi Deo, quia est per summam identitatem, & simplicitatem. Ideoque & est sua veritas, & est summa, ac maxima veritas, quæ concipi, aut cogitari potest: atque ita intelligit D. Thomas supra, Christum de se dixisse. *Ego sum via, veritas, & vita.* Et 1. Ioan. 5. *Spiritus est qui testificatur: quia Christus est veritas.* Idem cum proportionem dici potest de veritate in cognoscendo, præsertim si diuinam cognitionem ad suum primarium obiectum, qui est ipsamet Deus, comparemus: Sic enim non solum habet conformitatem cum obiecto suo, sed etiam est ipsamet essentia eius, & ideo est summa, & maxima veritas. At respectu secundariorum obiectorum, licet non habeat Deus tantam identitatem cum illis, prout in se sunt, nihilominus etiam respectu illorum est prima, & maxima veritas, quia illa omnia in se, & per se continet, & ex infinita vi intelligendi illa per se cognoscit, prout in se sunt, cum summa euidencia, & claritate, quam ex se habet. Atque adeo cum summa necessitate habet conformitatem cum illis, & ex vi sui infiniti luminis. Ideoque sub omni consideratione est prima, & summa veritas, præter quam quod est fons totius veritatis, sicut & omnis entis. Neque in his omnibus difficultas alicuius momenti occurrit: cætera verò, quæ generalia & metaphysica sunt in loco allegato sunt dicta.

CAPVT VIII.

De Bonitate Diuini esse.

Varijs modis solent res bonæ denominari, & omnibus illis secundum generales, & formales rationes

STARS  
IN  
OMNIBUS  
D. N.

*Multipli-  
ter Deus bo-  
nus appella-  
tur.*

rationes earum, seu quatenus ad perfectionem spe-  
ctant, & excludunt imperfectio nem, Deus bonus  
est, altiori modo, & maiori excellentia, qua res vlla  
creata possit bona vocari. Quae doctrina recte in-  
tellecta catholica, vt opinor, est, & omnino certa,  
vt constabit ex his, quae diuina Scriptura de diuina  
bonitate tradit, quod fiet distinctius descendendo  
ad singulas denominationes.

*In primis res  
bona nunciu-  
patur, quae  
perfecta.*

Primo igitur dicitur res bona, quia in suo esse  
perfecta est, i. quia habet omnia, quae ad comple-  
mentum sui esse requiruntur. Iuxta descriptionem  
Aristotelis 5. Metaphysic. dicentis, *perfectum esse, cui  
nihil deest*. Ethoc modo est euidentis ratione naturali,  
Deum esse bonum, & perfectum, vt in Metaphysica,  
disputatione 30. sectione prima, ostendimus, &  
statim probabitur ex scripturis, & ex principijs dei ia  
positis euidenter colligitur. Ostensum est enim, Deum  
esse ens necessarium, & suum esse simplicissimum, ac  
denique esse eadem necessitate verum Deum, habet  
ergo necessario totum id, quod in re ipsa necessa-  
rium est ad verum esse per essentiam, nec potest illa  
perfectione priuari, quia necessario est, nec parte  
eius, quia partes non habet, nec augeri potest, nec  
minui. Ergo necessarium est perfectum ens, & perfe-  
ctus Deus.

*3.  
Deus homo-  
do per amo-  
nomasiam  
bonus dicitur.*  
*Matth. 19  
Luc 18  
Ijai. 44 &  
46.  
Psalm. 34.*

Addendum praeterea est, Deum in hoc genere boni-  
tatis esse singulari modo bonum, ratione cuius sin-  
gularitatis, & excellentiae per antonomasiam dicitur  
bonus, & solus bonus. Hoc probat illud Matthaei de-  
cimo nono, & Luc. 18. *Nemo bonus nisi solus Deus*. Item  
hac de causa dicitur in Scriptura, Deum non habere,  
similem Ijai. 44. *Quis similis mei?* Et capit. 46. *Cui ab-  
imulasti me? & adaequasti me? & fecisti similem.* Psalmo  
trigesimo quarto, *Domine quis similis tibi?* Hac etiam  
ratione saepe in scriptura vocatur Deus, *Altissimus*, &  
cetera. Haec autem singularis excellentia Dei consistit  
in hoc, quod ipse solus habet, quod sit bonus per es-  
sentiam, vt docet D. Thom. dict. artic. 3. Quod ex-  
plicat distinguendo in creaturis tres gradus perfe-  
ctionis entitativae, superadditae per accidentia, & co-  
summatae per consequentiam vltimi finis, quas om-  
nes habet Deus per essentiam suam, & non aliqua  
creatura.

4.

Pater discurrendo per singulas: Nam Deus, cum  
sit suum esse essentialiter habet perfectionem suae en-  
titatis, quod non est in aliqua creatura, quia nulla est  
suum esse. Quae differentia aliquibus videtur diffi-  
cilis, quia etiam creatura habet perfectionem essen-  
tialiter per suam essentiam: & licet non semper actu  
existat, tamen semper est verum dicere, esse essentialiter  
bonam, nam sicut haec propositio est aeternae ve-  
ritatis, *homo est risibile*, ita & haec, *ens est bonum: leo est  
tania perfectionis essentialis*. Sed quidquid sit de qua-  
estione Metaphysica, an essentiae, dum non existunt,  
possint simpliciter dici bonae, quam in Metaphysica,  
disputatione decima tractauimus in praesenti differ-  
entia intenta, & clara est, quod bonitas Dei essen-  
tialiter habet, vt sit actualis, & realis bonitas, & hoc  
modo habet illam Deus ex vi suae essentiae, & non a-  
liunde, creaturae vero non habent illam hoc modo,  
sed oportet, vt ab alio illam recipiant, nam, & ipsam  
met essentiam actu non habent a se, nisi ab alio illa  
recipiant.

5.

Quocirca, licet demus illam propositionem,  
*Essentia creaturae est bona*, esse perpetuae veritatis, si co-  
pula abstrahat ab actuali existentia vt in rigore  
potest: nihilominus verum non est, bonitatem es-  
sentialem creaturae esse aeternam, aut esse simplici-  
ter ex vi suae essentiae, sicut vere dicitur de bonitate  
diuinae essentiae, & ideo singulari modo dicitur, &  
est bona per essentiam. Postquam autem creatura  
producta est, & existentiam habet, nemo dubitare  
potest, quin essentia in se, & per se habeat aliquam  
bonitatem, scilicet essentialem. Quia vel non est  
res distincta a sua existentia, vel licet sit, (quod non

credimus) nihilominus entitatis essentiae actu existens  
aliquid est, & perfectionem essentialem habet per  
se ipsam, secundum quam distinguitur ab alia es-  
sentia creata, & magis, vel minus perfecta est, quam  
illa. Omnis item talis essentia est natura a Deo  
creata, ergo & bona, nam omnis creatura bona est,  
i. ad Thimoth. quarto, & omnis natura creata, vt sic  
est participatio diuinae naturae, & bonitatis eius, vt  
Augustinus docet contra Manichaeos libro de Natu. *1. Tim. 4.*  
boni, capite primo. Non potest igitur hoc in dubi-  
um vocari, nec Diuus Thomas contrarium docere  
voluit, sed solum essentiam creatam non habere  
ex se hanc ipsam bonitatem actualiter, sed ex  
Deo.

Praeterea quoad bonitatem, quae solet creatis  
naturis addi per accidentia, Deus etiam est singu-  
lari modo bonus per essentiam, quia Dei essentia  
non perficitur per accidentia, sed quidquid perfe-  
ctionis conuenire potest alicui naturae per accidentia,  
ei conuenit essentialiter, quod nondum a nobis  
demonstratum est, in sequentibus vero capitulis  
demonstrabitur. Vnde ex hac parte etiam habet  
Deus, vt non possit non habere omnem hanc perfe-  
ctionem, sine vilo defectu, quia eadem necessi-  
tate illi conuenit, qua propria essentia, & proprium  
esse.

Solum posset hic dubitari de quibusdam perfe-  
ctionibus extrinsecis, quae licet per extrinsecam de-  
nominationem conueniant Deo, aliquod bonum  
eius esse videntur, vt esse creatorem, & se actu com-  
municare alijs, sic enim aliqui putant, actionem tras-  
euntem esse aliquam perfectionem agentis. Item esse  
Dominum rerum omnium, item habere gloriam, &  
honorem in rationalibus creaturis. Sed ad hoc ne-  
gandum est, haec omnia extrinseca addere Deo ali-  
quam bonitatem, vel perfectionem. Quia in vniuer-  
sum denominatio extrinseca non est perfectio for-  
malis rei sic denominatae: nec res extrinseca esse po-  
test bonitas formaliter perficiens aliam, vt sumitur  
ex eodem D. Thom. dicta q. 9. ar. 4. Vnde a forriori  
sumitur argumentum: nam creatura non possunt  
dici bonae a bonitate, quae est in Deo, vt a forma de-  
nominante, sed vt ab efficiente, vel fine: ergo multo  
minus poterit bonitas existens in creatura formaliter  
perficere Deum, aut eum bonum denominare.  
Nulla est ergo in Deo bonitas accidentaliter, sed tota  
est per essentiam.

Tandem de perfectione, quae est in adeptione finis,  
ait Diuus Thomas dicto articulo tertio, Deum  
non ordinari ad alium, vt ad vltimum finem, & ideo  
non indigere hac perfectione, neque esse capacem  
eius, quia supponit imperfectio nem. Ad dendum ve-  
ro est ex eodem Diuo Thoma 1. p. qu. 26. per totam,  
& ex his quae diximus disp. 30. Metaphys. section. 14.  
in fine. Quod sicut Deus dicitur esse a se, quatenus  
non est ab alio, ita dicitur quiescere in se, quia non  
habet extra se finem, sed sibi mer est illud bonum,  
quod in vltimo fine esse potest, seclusis imperfectio-  
nibus. Et ita etiam quoad hanc partem habet neces-  
sario omnem bonitatem, & perfectionem, quae in a-  
deptione vltimi finis esse potest. Quia temper, ac ne-  
cessario beatus est, & in se solo omnem sufficientiam  
ac beatitudinem habet, eamque perfruitur per suam  
met essentiam, intelligendo, scilicet & amando se,  
quod per suam met essentiam habet, vt videbimus,  
& ideo etiam quo ad hanc partem per essentiam bonus  
est.

Praeterea has vero bonitates considerari solet in  
creaturis alia, quae confurgit ex integritate partium  
integralium cum debito modo, & ordine. Ad positio partium  
quam etiam reducitur pulchritudo corporalis, quae  
illam integritatem requirit, cum aliqua perfe-  
ctione accidentaliter coniunctam. Verumtamen  
tota haec bonitas formaliter sumpta, est imperfe-  
ctissimi ordinis, est enim propria corporalium,  
& ma-

*6.  
Bonitas crea-  
turis acciden-  
tialiter conue-  
nitens Deo es-  
sentialiter  
competit.*

*7.  
Dubium:  
Resoluitur.*

*8.  
Deus quod  
modo conti-  
nent bonita-  
tem, quia in  
adeptione  
suis potest in-  
ueniri.*

*9.  
Debita com-  
integralium  
quam etiam  
bonitas est.*

Nulla modo ad bonitatem Dei requiritur.

& materialium rerum: & ideo illam Diuus Thomas prætermittit, quia non potest requiri ad bonitatem Dei, cum neque ad perfectionem entis, vt sic, necessaria sit. Positum ergo [vt sic dicam] non potest hæc bonitas Deo attribui, sed solum secundum negationem quia nimirum nulla illi deest integritas, quæ ad perfectionem necessaria sit. Item secundum quandam eminentiam, quia in simplicissima essentia sua habet totam perfectionem suam. Ad denique secundum rationem potest in illo considerari constitutio ex varijs prædicatis, quæ nos concipimus, & illi tribuimus, & in his etiam habet necessarium, & per suam essentiam omne complementum entitatis suæ. In qua habet, non corporalem pulchritudinem, sed spirituales, infinitas, & omnem nostram cognitionem superantem.

quid formaliter, vel eminenter, vt intelligatur Deus habere formaliter omnem perfectionem simpliciter, reliquas eminenter. De qua re aliquid etiam attingemus infra in tractatu de Trinitate, propter perfectiones relatiuas.

Secundo modo dicitur aliquod ens bonum, quia conueniens est alicui, ac proinde ei est appetibile. Hoc autem ipsum intelligi potest duobus modis. Primo, quatenus vnumquodque habet perfectionem sibi conuenientem, & amabilem, quæ conueniens est per considerationem nostram, tamen vt in re habet virtuale fundamentum, solet vocari bonitas transcendentalis, iuxta probabilem opinionem, de qua disputat. 10. Metaphysicæ. Hoc ergo modo, per se notum, & euidentissimum est, Deum esse summum bonum, habet enim perfectionem sibi maxime conuenientem, & amabilem à se, vnde se necessario amat vt postea videbimus. Est que ex dictis satis probatum. Alio vero modo dicitur vna res bona respectu alterius, quia est illi conueniens. Et hoc modo videtur potest hanc boni appellationem non cadere in Deum, quia sic non dicitur bonum, nisi quod potest esse forma, vel pars alterius. Atque ita hæc boni appellatio videtur claudere imperfectionem Deo repugnantem.

12. Ens bonum dicitur, quia est alicui conueniens, vel sibi ipsi.

Hoc modo Deus summus bonus est.

Dicendum nihilominus est, Deum etiam hoc modo esse summum bonum creaturarum omnium quantum non omnium eodem modo. Hæc assertio ex sacra Scriptura colligitur Psalm. 71. Quam bonus Israel Deus hu, qui recto sunt corde, Threnor. 3. Bonus est Dominus sperantibus in eum anima quærenti illum. Quamquam his locis boni appellatio videatur latius sumi pro liberali, atque benefico. Nam Deus plura, & Thren. 3. maiora beneficia confert his qui recto sunt corde & illum quærent. Verum tamen si respectu illorum dicitur Deus bonus per antonomasiam, certe his omnibus, quibus beneficia confert, bonus est, & conueniens ipsis, saltem, vt causa boni. Præter ea declaratur ex illo, Ego sum  $\alpha$ , &  $\omega$ , principium & finis, nam diuina bonitas est fons, vnde omnia alia bonitatem participant, & à qua omnia in sua bonitate pendunt, ergo vt sic omnibus est valde conueniens, imo necessaria bonitas Dei. Atque hoc modo dixit Dionysius capite quarto. Deum esse omnium bonum, sicut ex quo omnia subsistunt. Similiter est Deus finis vltimus omnium, at finis est bonum eius, qui ordinatur ad finem.

13. Deus omnium creaturarum summum bonum est, non tamen eodem modo. Psalm. 71. Thren. 3.

11. Creaturae in suo genere habent omnem integritatem, & perfectionem, & ideo bona possit dici absolute, nihilominus comparatione Dei, esse bona secundum quid, solum autem Deum dici posse simpliciter bonum.

14. Sic Deus per se summus, vt omnia perficit, quia factio est illi sit debita, & necessario ei conueniat, & per essentiam suam. Hoc significauit Deus Exod. 33. cum se appellauit Omne bonum, dicens Moysi, Ego ostendam tibi omne bonum, quo loco ad hoc propositum videtur Diuus Thomas i. contra gentes capit. 48. Item multi ita legunt, & interpretantur verba Ioannis 1. Quod factum est in ipso visa erat, quod sentit Augustinus ibi. Quæ sententia est probabilis, licet lectio, & interpretatio dubia sint. Clarius videtur illud ad Romanos vnde decimo, Ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Sed neque hic locus probat, nisi mediante aliqua illatione, nam particula in habitudinem causæ dicitur, dicuntur enim omnia esse in Deo, quia ab ipso pendunt, ipsumque respiciunt, vt conseruatores suum, vel in ipsum, vt in finem tendunt, sicut ad Coloss. primo, in ipso condita sunt vniuersa, & omnia in ipso consistant. Et Actorum decimo septimo, In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Quia tamen non potest Deus omnia continere sua potentia, nisi in suo esse aliquo modo omnem perfectionem præhabeat, ideo ex illa particula in ipso, hic etiam sensus confirmari potest. Sic enim argumentatur Dauid Psalm. nonagesimo tertio, Qui plans auit aures, non audiet? aut qui sinxit oculum, non considerat? Vnde etiam est illud Psalm. 49. Pulchritudo agri mecum est: Et alia infra afferemus tractantes de scientia Dei, & de eius infinitate. Videri etiam possunt dicta di. 30. Metaph. lect. 1. Vbi ratione hoc etiam probatum est, tum explicatum ex vulgari distinctione duplicis perfectionis, simpliciter, & non simpliciter. Tum ex duplici modo continendi ali-

15. Hinc ergo patet vltima pars assertionis, nam Deus peculiari modo est bonum conueniens creaturis intellectualibus, tanquam obiectiua beatitudo illorum, vt tradit D. Thomas 1. p. quæst. 26. articulo tertio, & latius 1. 2. quæstion. 2. & 3. & in 2. 2. quæstion. 17. docet, Deum esse bonum amatum, & speratum à creatura intellectuali, quod ibi omnes docent contra Durandum. Est ergo Deus illo speciali modo bonus, respectu intellectualis naturæ, id est, valde conueniens creaturis intellectualibus, vt beata esse possint. Alia vero inferiores creature, licet non possint ita frui bono illo, in illius similitudinem tendunt prout possunt, & ideo suo modo illum, vt suum finem, & bonum appetunt, sicut D. Thom. dixit dicta qu. 6. art. 1. Est ergo Deus omnium bonum, licet non eodem modo.

16. Ad difficultatem ergo in contrarium respondetur, vnam rem non tantum esse conuenientem alteri per modum formæ, aut materiæ, seu partis, sed etiam per modum obiecti, vt imago recte depicta censetur bonum quoddam ei conueniens, qui in ea videnda delectatur. Item per modum amici: inter eos enim, qui sunt intellectualis naturæ, amicitia est magnum bonum, & vnus amicus est bonum alterius, propter se amabile. Quia amico fideli nulla est comparatio, sub qua ratione Deus est excellentissimo modo bonum hominis. Item

14.

15.

Handwritten notes in red ink on the right margin, including 'D. V.' and other illegible characters.

per modum efficientis causae, licet enim causa efficiens, ut sic per se ipsam non perficiat hominem, & ideo videatur denominari bona quasi per extrinsecam denominationem ab effectu suo, sicut etiam denominatur mala, si aliquid disconueniens efficiat, nihilominus etiam virtus ipsa, & potentia, quae est in Deo est simpliciter bonum hominis, quia valde conueniens homini est, ut talis virtus, & potentia fit in rerum natura, & intime fit in ipso homine conferens, & conseruans esse, & omne aliud bonum eius. Vnde etiam hac ratione homo, (& suo modo omnis res alia) vnitur Deo tanquam supremo bono suo.

76. Res in se habet bonas bonas dicuntur bonitate moralis. Hic modus bonitatis excellentius Deo conuenit. Psalm. 244. Psalm. 118. Psalm. 106. Psalm. 117. 135.

Tertio modo denominantur peculiariter res intellectuales bonae bonitate morali, vel actuali, quia opera bona moralia exercent, vel habitu, vel aptitudine retinent, quatenus sunt dispositae, & propense ad illud bonum exercendum. Et licet etiam, altiori, & excellentiori modo est Deus summus bonus, quia est summus rectus in omnibus operibus suis. Quia rectitudinem habet ita connaturalem, & intrinsecam, ut sit regula omnis bonitatis, nec possit aliquid praeter rectam rationem operari. Vnde est illud Psalm. 144. Fidei Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, & iterum, Iustus Dominus in omnibus vis suis, & sanctus, &c. Et hoc sensu videtur appellari Deus bonus, Psalm. 118. Cum dicitur, Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificaciones tuas. Item Psalm. 105. 106. 117. & 135. Confitemini Domino, quoniam bonus, & iustus in omnibus operibus suis, quae sunt plena misericordia, & bonitate, ut ibi describitur. Et licet respectu creaturarum illa sint beneficia Dei, per quae consequuntur, quidquid boni in eo genere habent, tamen ut sunt actiones liberae Dei habent bonitatem moralem, seu ab illa, quae in Deo est proficiscuntur. Est autem illa bonitas in Deo, considerata in actu primo nostrum modo loquendi, sola naturalis rectitudo voluntatis eius, in actu vero secundo est voluntas libera beneficiendi alijs, nam prout se ipsum amat, non est ibi propria bonitas moralis, quia in eo actu, ut sic non est libertas.

77. Sanctus Dei. D. Thom. 1. 2. 2. qu. 81. art. 1. Hoc autem modo non potest Deo proprie conuenire, quia Deus non habet superiorem, quem colat, vel cui adhaereat, ut ultimo fini. Tamen haec imperfectio non est de ratione sanctitatis, ut sic, sed significat perfectam munditiam, cum firma adhaesione ad summum bonum. Hoc autem summum bonum respectu creaturarum est finis vltimus, respectu vero Dei est ipsemet Deus, qui in se ipso quiescit, & per se beatus est, & ita verè, & proprie est Deus sanctus, ut in citatis testimonijs, & passim in scriptura appellatur. Imò continuè ab Angelis proclamatur, sanctus, sanctus, sanctus, Isai. 6. & per antonomasiam ipse solus dicitur sanctus. 1. Regum. 2. Non est sanctus ut est Dominus, neque enim est alius extra te, &c. Quia nullus ita adhaeret suo bono per adhaesionem (ut ita dicam) essentiali, sicut Deus. Neque potest esse creatura ita munda, & incapax omnis maculae moralis, sicut ipse. Est ergo omnibus modis bonus, & sanctus.

18. Annosatio

Tandem verò aduertere necesse est, hanc tertiam bonitatem non esse illam, quae transcendentalis est, ut per se constat, nec esse vnum peculiare attributum Dei, sed comprehendere varia, scilicet, omnia illa, quae specialem aliquam virtutem, seu actum voluntatis diuinae indicant, ut charitatem, misericordiam, iustitiam, & similes, de quibus postea dicemus. Bonitas ergo transcendentalis in Deo est vel prima, vel secunda, quae à nobis explicatae sunt, vel utramque simul iuxta varios modos explicandi bonitatem transcendentali, de quibus in disputat. 10. Metaphysicae diximus. Praecipue verò solet denominari Deus

bonus ex plenitudine omnis perfectionis, & quatenus ex plenitudine eius propensus est ad se diffundendum, & communicandum alijs, quibus bonus esse potest. Quomodo videtur de bonitate Dei praecipue agere Dionys. c. 4. de Diu. nom. Sic autem clarum est bonitatem nihil addere essentiae Dei secundum rem, sed solum secundum quandam connotationem, & habitudinem rationis nostro modo concipiendi, non quod relatio rationis sit bonitas, sed fundamentum eius, ut d. loco declarauimus.

Dionys.

CAPVT IX.

Verum Deo recte tribuantur alia praedicta, seu attributa, & quomultiplicia illa sint.

Ratio dubitandi est, quia in superioribus explicuimus praedicta omnia, quae Deo conuenire possunt, quae ratione est ens, & quae possunt in illo à nobis concipi, secundum quandam coordinationem essentiali, per conuenientiam & differentiam à creaturis: vsque ad propriam Dei essentiam constituendam, sed praeter haec nihil aliud potest proprie praedicari de Deo, ergo. Probatur minor, quia si aliquid aliud praedicatur, vel est essentiali, vel extra essentiali hoc posteriori dici non potest, quia diximus, Deum in sua essentia claudere omnem perfectionem suam, si verò dicatur primum, necesse est, tale praedicatum contineri sub his, quae iam tractata sunt, alias certè non esset à nobis sufficienter essentia Dei explicata. Ergo nihil aliud potest de Deo proprie praedicari. In contrarium vero est, quia profitemur secundum fidem, Deum esse sapientem, iustum, misericordem, immutabilem, incomprehensibilem, ineffabilem, & alia similia, quae non per mataphoram, sed proprie Deo conueniunt, quae voces nec inter se, nec cum his, quas haecenus exposuimus, synonymae sunt.

1. Causa dubitationis explicatur.

Haec posterior ratio conuincit, plura esse praedicta, praeter transcendentalia, quae de Deo verè, & proprie praedicantur. Quod in re videtur de fide certum ex varijs modis loquendi scripturae, quos in sequentibus adnotabimus. Et ex Concilio Lateranensi capitulo Firmiter, dicente, Vnus est solus verus Deus, aeternus, immensus, & incommunicabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis. Et ex communi consensu Ecclesiae, Patrum, & Theologorum, loquentium de attributis Diuinis, quo nomine haec praedicta Dei significantur. Ratio vero generalis est, quia non possumus in hac vita diuinam perfectionem apprehendere, prout in se est, & ideo necessario debemus multis conceptibus, & nominibus eam explicare, quae quatenus attribuuntur Deo, iam quodammodo in sua entitate, & essentia conceptio, attributa eius dicuntur. Et confirmatur ex mysterio Trinitatis, ad quod explicandum, maxime nobis necessarium est, Diuinam perfectionem ita concipere, nam docemur secundum catholicam doctrinam, & vnaiquam diuinam personam procedere per intellectum, & aliam per voluntatem, & consequenter esse in Deo intellectum, & voluntatem, quae de Deo praedicari possunt.

2.

Ad explicandam igitur hanc veritatem nonnullae partitiones praedicatorum Dei adnotandae sunt, quae ad omnia, quae dicemus, lucem afferent. Primo quaedam praedicantur de Deo proprie, alia metaphysice. Ita sumitur ex Diuo Thoma 1. p. q. 13. art. 2. & 3. Et patet, nam priori modo dicuntur de Deo omnia, quae significant perfectionem, & in sua ratione formali non inuoluunt imperfectionem, ut Sapientia, Iustitia. Posteriori autem modo dicuntur, quae imperfectionem in suo conceptu inuoluunt, ut Paenitentia, dolor, & similia. De posterioribus nominibus certum

4. Quomodo praedicta Dei dicantur de se ipso. D. Thom.